



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

37 Limitatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

ribus præsertim Senescali Tholosæ , ubi judex major secundum Ioan. Fab. est assessor , ut no. in rubrica. C. de offic. assessor.

## 35 Limitatio.

35 Laicus potest esse notarius in curia episcopali , tenet Bald. in allegata cap. decernimus . & in cap. messana. de Elect. & in proœmio decre. Etiam in causa spirituali tenet Imol. in cap. coniugio de arbi. Et quod laicus possit esse notarius in electione , facit cap. I. de procurat. libro 6. nam & tabellio dicitur esse testis. I. Domicius Labeo. ff. de testam. ita etiam notat. Iohan. Andr. Bald. & Anthon. in allegat. cap. Messana. Idem Compostel. Iohan. Andr. & Sicul. in cap. quia propter. de elect. & ita dicunt observari , & servatur de consuetudine , licet Petr. Abb. Anti. Egi, & Hostien. teneant contrarium argumen. diffli cap. Messana.

## 36 Limitatio.

36 Laicus prædicare potest verbum Dei de libertate episcopi. pro quo gloss. in cap. bene quidem. 40 96 distinet. Non autem autoritate propria , ut cap. cum injuncto. de hæret. tenent Sicul. & docto. in allegat. cap. decernimus . alias peccat mortaliter cap. sicut. de hæret.

## 37 Limitatio.

Trigesimo septimo , Laicus & clericus possunt esse compromissarij in causa spirituali , licet laico & Clerico causa spiritualis committi non possit secundum Anthon. post Hostien. in allegat. cap. decer-

41

386 DE POTESTAT. SECUL

decernimus. ad idem Domi. in cap. 2. de hæret. libr. 6.  
Arch. in cap. Mennam. 2. questio. 5. Sicul. in cap. con-  
tingit de arbi. in fin. Nam Episcopus non potest laicum  
facere capacem actus spiritualis. per d. cap. Messana. de  
Elect. bene tamen potest esse cum Clerico compromis-  
sarius , sicut dictum est. per tex: in cap. per tuas. de  
arbi. ubi per doct.

38 Laicus potest torquere Clericum de man-  
42 dato prælati, per cap. ut fama de sen. excom. & con-  
suetudo ipſos excusat secundum Sicul. in cap. univer-  
sitatis de senten. excommuni. vide quæ scripsi, supra  
in 2. fallen. 4. regul.

39 Laicus de mandato Abbatis potest aliquem  
43 recipere ad professionem, tenet Ioan. de Lig. in cap.  
ad apostolicam de regula. & fa. cap. fi. de offi. ordi.

40 Laicus potest Clericum accusare criminale  
liter si suam vel suorum injuriam prosequatur, ut in  
cap. de cetero. de testi. Et idem in criminalibus ex-  
ceptis , de quibus no. in cap. cum Pet. de accusa.  
& 2. questio. 7. in summa. tenent Anton. & Sicul. in  
cap. ex parte Ant. de testim.

41 Limitatio.

41 Laicūs si est Parochianus vel Patronus  
potest excipere contra promovendum : de quo bo-  
na glossa. in cap. ut circa de elect. libr. 6. in ver.  
aliqui. & ibi latè Domi. per Inno, in cap. super his  
de accu. ubi discutit nunquid hoc casu debeat ad-  
mitti quilibet Laicus. Et inter cætera ponit unum  
notabile dictum dicens quod Reges & Principes ad-  
mit-